Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



Qui descendistis in mare et plenitudo eius: insule et habitatores earum. Exultetur desertum et civitates eius: in domibus eius habitabit cedar. Laudate habitatores petre: de vertice montium clamabunt. Ponent domino gloriam: et laudem eius in insulis nunciabunt. Dominus sicut fortis egredietur: et sicut vir preliator suscitabit zelum. Vociferabitur et clamabit: et super inimicos suos confortabitur. Tacui semper silui patiens fui: sicut parturiens loquar. Dissipabo et absorbebo simul deserta faciam montes et colles: et omne gramen eorum exsiccabo. Ponam flumina in insulas: et stagna arefaciam. Et ducam